



Thesavrvs|| Locorum|| Commvniwm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXVII. De Dispensatione. v. Omnino Grotium l. 2. de jure belli pacis
c. 20. §. 21. & seqq.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

est etiam disparitas juris. *Misn. resp. 90. n. 3. cum seqq.* Joseph. Ludov. *decis. Lucens. 44. n. 61.* Menoch. *cons. 50. n. 2.* Goedd. *inter Consil. Marpurg. consil. 25. num. 58. vol. 1.*

CAP. XXXVII.
De Dispensatione. v. o-
mnino Grotium l. 2. de jure belli
pacis c. 20. §. 21. & seqq.

Axioma I.

In iis, quæ tantum propter publicam honestatem introducta sunt, dispensatio sine læsione conscientie potest obtinere. P. Gregor. *lib. 8. Synagm. cap. 11. num. 23.* Treutl. *1. conf. 6. num. 31. vid. de dispens. prolux. Kizel, in Synops. matrim. cap. 2. titorem 2. & 3.*

II.

Gratia dispensationis extensionem non admittit. Mar. Frecc. *lib. de aurb. & potest. Baron. erga subfendarium quest. 20.* nam dispensatio est stricti Juris Bald. *in l. 1. C. de ind. vid. roll.*

Limitatur hæc regula quoad connexa: nam dispensatio facta in uno trahitur ad omnia accessoria. *glossa in cap. quia in tantum. extr. de præbend. Jason. in l. 1. n. 3. C. de transact. Carpz. lib. 4. conf. 63. num. 25. & seq.*

III.

Quodcunque impedimentum est civile, illud per dispensationem licite tollitur, quia princeps superior est jure Civili. Itavide non gravide vel viduo remittere potest princeps tempus luctus. *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 160.*

IV.

Quoties verba & ratio legis sunt manifesta, toties non à Judice, sed à solo principe temperamentum adhibendum.

Ratio: quia voluntas legislatoris adest, quam iudex immutare non potest, quippe cujus est non de Legibus, sed secundum Leges judicare *can. 3. dist. 4.* Et iudex non debet esse clementior lege. *l. perspicendum 11. ff. de pen. Exemplum est in l. prospexit 12. ff. qui & a quib. manum. lib. non fiunt.*

CAP. XXXIIX.
Disponere, Dispositio,
Dispositum.

Axioma I.

Dispositionis præsuppositum cessans facit cessare dispositionem. *Glossa in l. mancipia. C. de serv. fug. quam recipiunt omnes, teste Menochio rem. recup. 9. num. 161. Decian. cons. 161. n. 1. conf. 317. in fin. Welsenb. 1. consil. 25. num. 11.*

II.

Dispositio hominis favorabilior est dispositione legis vel statuti, Menochius *cons. 16. num. 24.* ac proinde potius attendenda *Alex. in l. qui libere §. hæc verba. de vulg. substit. Port. cons. 8. n. 15. Phil. Matth. inter Cons. Marp. vol. 1. conf. 21. num. 31. v. infr. provisio. axiom. 5.*

III.

Dispositio contrarietatem, verecundiam & jus ipsum facta nullius est momenti. *l. 5. C. de l. gl. in l. in re mandata. Cod. mand. per l. 15. ff. de cond. inst. Goedd. int. Cons. Marp. cons. 26. vol. 1. num. 338.*

IV.

In dispositionibus hominum in dubio præsumitur causa impulsiva quam finalis. *Bald. ad l. cum tale. §. legata. ff. de cond. & demonstr. Phil. Franc. ad cap. cum cessante. col. 2. vers. sed si queritur. extr. de appell.*

V.

Dispositio ubi duas habet causas finales sive rationes, quamvis una illarum cesset, non tamen cessat dispositio. *argum. §. ad finitatis. inst. de nupt. intellige verum, quando singule rationes per se sunt efficaces & sufficient. Alioquin quod ex duabus causis introductum est, altera cessante extinguitur Dispositio: Duo enim oracula archi- us ligant quam unum, qua de re eruditè differit Alciat. in l. 1. de V. S. Lin. ad §. affinitatis. Inst. de nupt.*

VI.

DISPONERE de re sua quilibet potest, *l. dudum 14. D. de contrab. empt. l. in re mandata 21. D. mandati.* [seu quilibet potest rebus suis imponere modum vel legem quem velit, *Cravet. conf. 112. num. 1. conf. 118. n. 3. conf. 147. n. 4. Cacher. decis. 100. num. 5. Thoming. decis. 13. num. 27. & decis. 53. n. 29. Mun. de Escob. in tract. de ratiocinat. cap. 6. num. 35. Gail. de arrest. Imp. cap. 6. n. 22.] Anchar. *conf. 155. num. 7.* ubi declarat procedere, quando quis agit in re penitus sua propria; sicut si communis sit, vel in ea alius præterdit, & *conf. 157. n. 7. vers. Secundo,* ubi quod licitum est cuilibet sibi prospicere, & meliorem suam conditionem facere, quando de re sua disponit etiam cum alterius detrimento, *Castrenf. conf. 59. Propreniore. in princ. & per tot. lib. 1. Alex. conf. 12. lib. 5.* ubi ait procedere multo magis in ultima voluntate, quia potest testator legem, quam velit, imponere rebus suis, refert *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 486. per totam.**

[Limita hanc regulam in prædio serviente, cujus dominus nihil facere potest, ut servitus impediatur, *l. si domus 21. ff. de S. V. P. l. 9. si serv. vindic. aut deterior fiat. l. 20. §. 5. de S. V. P. l. 15. §. 6. de usu-fruct. l. 6. §. ultim. si serv. vind. Gail. 2. ob-serv. 67. num. 6. Carpzovius part. 2. consil. 41. def. 1.]*

VII.

DISPOSITIO omnis intelligitur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, *l. quod Servius 8. ff. de con-dict.*